



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Regvlarvm Vtrivsque Ivris Cvm Ampliationibvs Ac
Limitationibvs**

Dueñas, Pedro

Venetiis, 1566

Regvla LXXX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63232)

REGULA LXXIX.

- 1 Libri seu scriptura priuata cuiusuis personæ quantumque antiquissima plenam fidem non facit præsumptione tamen inducit, quæ arbitrio iudicis relinquatur. Io. in c. causamque de probat. doct. omnes in l. instrumenta domestica. C. de probat.
- 1 Fallit ubi ex forma statuti, uel constitutionum, aut Duc. prouisionum aliter prouisum foret.
- 2 Fallit etiam in duobus casibus annotatis per Socium reg. 294. quos uide & obserua.
- 3 Fallit etiam in libris rationum confectis a sociis, uel ab uno alio commisso ab eis. secundum Bal. in rubrica de fide instrument. & Bar. in l. eandem. ff. de duobus reis. & Alex. late in consi. 186. uisus nu. 1.
- 4 Fallit etiam in libris massarii uillarum, quibus credendum est, quando sunt subscripti manu publici not. Ita Bal. in l. imperator ad finem. ff. de statu hom.
- 5 Fallit in scriptura mercatoris, quæ continet data & accepta tam pro se quam contra se, quia semiplene probat. Bar. in l. admonendi, in 6. col. uersu. circa secundum de iur. Felin. in c. 2. uersu. 4. limita de fide instru.
- 6 Fallit etiam quando in priuata scriptura partes solemnem conventionem promiserunt stare d. scripturæ, quia tunc probat. secundum Felin. in d. c. 2. nu. 13. uersu. fallit sententia de fide instru.
- 7 Fallit etiam in multis aliis casibus annotatis per Felin. in d. c. 2. quas tu more solito considerabis, & studendo uidebis. in dies.

REGULA LXXX.

- 1 Litteris ordinarii iudicis credendum est. & illis fides omnino est præstanda, licet testes in eis non sint subscripti, & hoc propter eius autoritatem. c. 1. & c. quoniam de probationi. distinct. 70. c. non det, doct. in c. post cessationem de probat.

1 Fallit 1. quando litteræ non sunt sigillatæ . secundum
Io. de Imo. in c. post cessionem de probat. & glo. not. in l.
si procuratorem in uerfi. intelligendum. ff. de procurat. &
dom. de Rota deci. 248. incip. Item q̄ uoluerunt.

2 Fallit etiam quando consuetudo loci & stilus curiæ ali-
ter suaderet, quia stilus & consuetudo est obseruanda. In
noe. in c. 1. de procurat. Ang. consi. 52. Alex. consi. 119. nu.
10. uol. 6. immo dicit Alex. q̄ plus operatur consuetudo,
quam statutum q̄ not.

3 Fallit etiam quando tractaretur de maximo præiudicio
scribenti, quia nulla sibi fides esset præstanda propter sus-
picionem, & ad præiudicium alterius. Ita Deci. in d. c.
post cessionem. nu. 27. & 34. max. in judicialibus.

4 Fallit etiam quando contra iudicem scribentem esset
suspicio fraudis. Ita Deci. in d. c. nu. 35. de qua suspitione
maxima & fidelis fieri debet indagatio. secundum can. in
c. de procurat. & dom. de Roth. dec. 10.

R E G U L A L X X X I .

1 Locutio indefinita regulariter ad futura porrigitur. l.
si. C. quæ res pig. obl. poss. Bar. in . si ita. ff. de aur. & arg.
legat. c. quia circa de priuileg.

2 Fallit in iuramento quia quamuis sit generale, non ta-
men se extendit ad futura & hoc propter periculum per-
iurii, & quia est etiam stricti iuris, secundum Host. in
c. penult. de iureiur. & ibi Abb. & Barba. & Cal. in c. cum
contingat de iureiur.

3 Fallit etiam in fauorabilibus secus uero in odiosis. se-
cundum Bal. in l. si ex toto. §. i. ff. de leg. i. ubi si quis pro-
mittit non offuscare domum alicuius intelligitur de præ-
sentibus & non de futuris.

4 Fallit in pactis ubi indefinita non se extendit ad futura.
Ita Deci. in c. cum omnes nu. 1. de constit. & in consi. 30.
nu. 4. & consi. 33. nu. 4. & Bal. consi. 384. statuto. nu. 4. uol.
5. & idem Bal. consi. 498. de detractio. nu. 5. in fine. uol.
1. ubi prohibitio alienandi facta titio, non se extendit ad

G 3 filios